

iam *sequestre* in libris nostris a PAVLLO ^{c)} et LABEONE ^{d)}. Sequestratio autem quum fit, *sequestrari* quid dicitur ^{e)}, quod verbum etiam, significatione latius extensa, occurrit in genere pro seponere ^{f)}, ex quo id quoque ortum videtur, quod *sequestrare* dicatur pro *abrogare* ^{g)}. Denique si tertio cuidam huiusmodi quid committitur, is ipse dicitur *sequester*. Sicuti autem supra multis ostendi exemplis, communiter doctores aliter sequestrationem finire, ita hoc quoque loco reticere non possum, non multum ab hac nostra definitione recedere eam, quam CORASIVS ^{h)} format hunc in modum: *est rei possessae, de qua controuersia est, aut fructuum eius, a possessore,*

- c) in c. *proprie autem* 6. D. *depositi*. et pars posterior illius capituli C. Vbi IOA. FRID. GRONOVIVS in notis Theodof. legitur: *in sequestro*. In ad TACITI *Annal.* L. 3. c. 71. PAVLI verba corrupta esse censet, et *sequestri deponere* dixit quoque ASCON. PAEDIANVS loco, quem supra adscripti §. 4. *lit. q.*
- d) in c. *seruus tuus* 33. D. *depositi*. ita e) c. *ult. C. de ordine cognition.* c. *si cum dotem* 22. §. *sin autem* 8. D. *solutio matrim.*
- e) in c. *libertati* 2. C. Theod. *de liberali causa* (Lib. IV. Tit. 8.). f) Loca ex PRVDENTIO, TERTVLLIANO et SIDONIO collegit GESNERVS, quibus iungi potest THEODOSII Augusti ad AVSONIVM epistola, in qua se morem principibus solitum *sequestrare* dicit.
- f) in c. *largitionalium* 18. C. Theod. *de exactionibus* (Lib. XI. Tit. 7.) ubi ita: *recens conditae legis in hac parte auctoritate sequestrata.*
- g) in c. *libertati* 2. C. Theod. *de liberali causa* (Lib. IV. Tit. 8.). h) in *Miscell. iur. Ciu. Lib. 3. c. 2. n. 1.*
- h) in c. *ult. C. Quibus ad libert. proclam. non licet*, quod est particula